

Pæthærssons *meth* mino siælfss thæssø brewe foori sætiæs. Scriptum *Vpsalie* anno Domini m^occ^oc quinquagesimo tercio in octaua beati *Andree* apostoli.

På baksidan: Marsta i Balingh.

Sigill: n. 1 (ett 'L'): s' LAVRECH LÆRVDI; n. 2 borta, remsan kvar.

4979.

1353 Dec. 14.

Lars Järundsson i Uggelsta ingår ett jordaskifte med Jakob i Marsta, fogde i Bälunge härad.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus *Laurencius* *Iarundason* in *Vggastum* salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me de discreto viro *Iacobo* in *Marsta*, exactore prouincie *Belling*, quatuor solidos terre in *Vggastum* et duas oras terre in *Marsta* cum tribus marchis denariorum, quas addidit predictis duabus oris terre, pro decem solidis terre in *Akyrby* ratione concambii legaliter habuisse, mihi meisque heredibus predictos decem solidos terre alienans, sibi suisque heredibus approprians perpetuo possidendos. Istud autem concambium erat factum coram testibus fidedignis, dictis *fasta*, publice aduocatis, videlicet *Olauo* in *Aløpe*, *Ragualdo* ibidem, *Iuan* in *Eskelundum*, *Iohanne* ibidem, *Olauo* ibidem, *Haquino* in *Hjælmestum*, *Magno* in *Berghum*, *Thoma* in *Croxta*, *Iohanne* in *Sypyrby*, *Iohanne* in *Høxta*, *Iacobo* ibidem et *Berone* ibidem vnacum duobus viris dictis vidhyruarumæn, silicet *Iohanne* in *Rørby* et *Hemmingo* in *Gystum*, qui ad sepredictum concambium erant legaliter rominati. In cuius rei testimonium sigillum discreti viri *Ioon Pætersson*, dicti *hæræzhøppingiæ* prouincie *Belling*, vna cum sigillo proprio presentibus est appensum. Scriptum anno Domini m^occ^oc quinquagesimo tercio in crastino beate *Lucie* virginis.

Sigill: n. 1 (ett 'L'): s' LAVRECH LÆRVDI; n. 2 (belagd snedbjälke i sköld utan hjälm): s

4980.

1353 Dec. 15.

Helsingborg.

Konung *Magnus'* privilegier för *Esroms* kloster.

Codex Esromensis i *Köpenhamns* Univ. Bibl., fol. 58 f.
Tryckt efter *Nielsen*, *Esrom* klostres *Brevbog*, s. 75 f.

Omnibus presens scriptum cernentibus *Magnus*, Dei gracia rex *Swecie*, *Norwegie* et *Scanie*, salutem in Domino sempiternam. Cum potissima sit ratio, que pro religione facit, nos religiosos viros dominos abbatem et conuentum monasterii *Esrom*, *Roskildensis* dyocesis, cum omnibus bonis suis vbicumque infra regna nostra et dominia constitutis ac familiis commorantibus in eisdem sub nostram pacem et protectionem regiam suscipimus specialiter defendendos, concedentes eisdem ex gracia speciali, quod omnes villici, coloni et inquilini ceterique eorum familiares tam de